pulo . et colles iustitiam. Iudicabit paupe-
res populi et filios faciet filios pauperum.
et humiliabit calumpniatorem. Et per-
manebit cum sole ante lunam . in
generatione et generationem. Descendet
sicut pluvia in vellus . et sicut stilli-
cidia stillantia super terram. Orietur in
diebus eius iustitia et habundancia
pacis . donec auferatur luna. Et do-
minabitur a mari usque ad mare . et a flu-
mine usque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes . et
inimici eius terram lingent. Reges
tharsis et insule munera offerent
reges arabum et saba dona addu-
cent. Et adorabunt eum omnes re-
ges . omnes gentes servient ei. Quia
liberabit pauperem a potente
et pauperem cui non erat adiutor. Par-
cet pauperi et inopi . et animas pau-
perum salvas faciet. Ex usuris et
iniquitate redimet animas eorum . et
honorabile nomen eorum coram illo.
Et vivet et dabitur ei de auro arabie
et adorabunt de ipso semper tota die
benedicent ei. Et erit firmamentum
in terra in summis montium super-

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 21, 21b: 1v – Psalterium feriatum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-h32m/115/2207)